

XVI.

DUCES MONTISNIGRI,  
feu de Montenegro.

pag. 347.

**S**TEPHANUS DE MARAMONTE, a Zarnagoræ Dominus, nobilis Apulus ex Maramontensi gente in regno Neapolitano, cujus non semel meminit Scipio Ammiratus, uti vult Orbinus, b quamquam Flavius Comnenus Dalmatam indigenam fuisse scribat, cum in aulam Balzæ Zentæ Domini, Georgii Strafcimiri filii, & cognati, trajecisset, ab eo Montisnigri dominium obtinuit, quod quidam Ducatus titulo donant. Hujus porro suasionibus cum Balza pacis ac induciarum fœdera, quæ cum Venetis pepigerat, violasset, horum arma in se concitavit, quo durante bello, in Rassiæ ad Despotam avunculum profectus, Stephano dominia sua tuenda commendavit. Verum Balza in hoc itinere mortuo anno MCCCXXXI. Zenta dimissa, in Apuliâ concessit, qua quidem captata occasione Veneti, Zentam cum valido exercitu ingressi; hanc in potestatem suam redegere, cum interim Serviæ Despota bello Venetos adortus, non modicam provinciæ iis partem ademisset. Flagrantibus deinde Venetos inter ac Servios bellis, Zentani Maramontem

Devocarunt, qui in Zentam appulsus anno MCCCXXIII. Georgium, cui Zentam commendaverat Stephanus Despota avunculus, c bello appetiit, receptisque compluribus oppidis, in ea fortunæ suæ sedem fixit, ubi VOISAVAM, Magni Scanderbegi filiam, in conjugem obtinuit, & ex ea liberos aliquot suscepit, scilicet Joannem & Georgium, qui Zarnovichii, vel de Cernovighio cognomen assumpserunt; & Voissavam Lucæ Ducagino nuptam.

**JOANNES ZARNOVICHIVS**, Montisnigri Dux, a Turcis fufus ac interfectus est, in eo prælio, e quod initum est in Campo Cimoufchenfi in Zenta circa an. MCCCCL. Petrus ejus filius Constantinopolim a Turcis transmissus, ac circumcissus, Scander, id est Alexander, appellatus est.

**GEORGIUS ZARNOVICHIVS**, Joannis frater, ad Ragusinos confugit, relicto Stephano in Zarnagora, ubi septimus exitit hujusce regionis dominus, quam familia ista per

a Orbin. p. 294.

b Ammirat. tom. 2. p. 234, 257. E. R. Lucar. l. 3. p. 85. 86. Hist. nostra CP. l. 8. n. 138.

c Orbin. p. 388. Lucar. pag. 99.

d Lucar. p. 32.

SCLAVONICÆ, TURCICÆ. 269

per XCIII. annos possedit, ab anno scilicet MCCCXXIII. usque ad annum MDXVI. quo in Turcorum potestatem venit.

Porro ditionibus suis exacti a Turcis Cernovi-

chii, Venetias concesserunt, ubi eorum deinceps familia inter ejusce Reipublicæ nobiles locum obtinuit; cujus stemma ex Flavio hic describitur.

STEPHANUS CERNOVICHIVS, postremus Zarnagoræ & Montis nigri dominus.

JOANNES CERNOVICHIVS Dux Montis nigri, Nobilis Venetus. ux. CATHARINA ORIA. Paulus Jovius in Bajazete II.

GEORGIUS CERNOVICHIVS. VOISSAVA Lecæ Ducagini uxor. Horum non meminit Flavius.

GEORGIUS CERNOVICHIVS, Nobilis Venetus.

CONSTANTINUS CERNOVICHIVS Nobilis Venetus. ux. N. CONTARENA. Nobilis Veneta.

SALOMON CERNOVICHIVS, in Hungaria obiit.

HELIVS CERNOVICHIVS. ux. HELENA filia Musai Topizæ.

JOANNES CERNOVICHIVS, Nobilis Venetus. ux. ORSETA VALERESSA, Nobilis Veneta.

VETOR, vel VICTOR CERNOVICHIVS, Nobilis Venetus. ux. HELENA CALBA, Nobilis Veneta.

CONSTANTINUS CERNOVICHIVS.

JOANNES CERNOVICHIVS Nobilis Venetus, an. 1621.

Cernovichiorum Venetorum insignia aquilam bicipitem auream coronatam, cum alis expansis in campo rubeo præferunt.

Nicolaum porro quemdam Cernovichii, ut & Angeli Flavii cognomen, Ducisque Montisnigri,

aliosque ridiculos titulos assumpsisse inuimus in Angelorum familia Dalmatica. Edit. Paris. pag. 348.

Testo estratto dal libro, stampato nel 1729, a Venezia, intitolato Historia Byzantina duplici commentario illustrata, la cui prima di copertina riportiamo di seguito.

HISTORIA  
BYZANTINA  
DUPLICI COMMENTARIO  
ILLUSTRATA.

P R I O R

FAMILIAS AC STEMMATA IMPERATORUM  
Constantinopolitanorum, cum eorumdem Augustorum  
Nomismatibus, & aliquot Iconibus;

Præterea FAMILIAS DALMATICAS & TURGICAS complectitur:

A L T E R

DESCRIPTIONEM URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,  
qualis extitit sub Imperatoribus Christianis.

*Auctore* CAROLO DU FRESNE *Domino* DU CANGE, *Regi a Consiliis,*  
*& Franciæ apud Ambianos Quæstore.*



V E N E T I I S,  
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,  
M. DCC. XXIX.